

ex corpasculo vespertilionis extraxisse, his verbis
additis, videbis, Vite, me vespertilionum cor
petiturum esse, qui ad verbi Dei lucem cecutiunt.
Commodum autem responsum tulit Bucerus, ita
quidem, ut illinc ad Cinglium & Heluetios iret,
& Lutherum diceret esse paratissimum ad con
cordiam ineundam & confirmandam, hac ratio
ne, si illi incertas suas subtilitates, & varias, ac
nunquam sibi constantes imaginationes, opiniones,
& glossas omittant, & Verbo Dei se, & rationem
suam, omnemq; Philosophiam simpliciter submit
tant. Hoc responsum Bucerus letus accipit, qui
& postea formulam concordie scriptam Vuite
berga, subscriptione sua anno 36. probavit, etiam
post interitum ducum & antesignanorum contro
versie istius, Marburgi anno 1529. predictum
ab ipso Luthero his verbis: antequam triennium
elapsum fuerit, Cinglius & Oecolampadius caput
& manus suas miserè torquebunt, & ambo peri
bunt, quod & ita factum est anno 31. Cinglio mi
serè & immaniter interfecto in bello, & altero in
lecto reperto, mortuo præ merore, cum uterq; an
tea deplorasset vicem suam in hac eadem contro
versia, & Cinglius aperte dixisset, se in hac vita
nihil magis expetere, quàm cum Vuitebergensibus
amicitiam & concordiam hætenus à se neglectam.
Oecolampadius verò Landgravio, ex eo quaren
ti de causa, cur à sententia vera discederent, & se
Luthero opponerent, cum tamen Lutherus textum
& verba